




GAUDEO

ISAGOGE

In Typum Cosmographicum seu Mappam Mundi (vt vocant) quam Apianus sub Illustrissimi Saxoniae Ducis auspicio praelo nuper demandari curauit.

Tetrastichon Jo: Auentini ad Lectorem.

Aetheris ac terræ tractus/pelagiq; recessus/
Cardine quo cœli/cuncta locata sient:
Flumina cum siluis/Celebres cum montibus vrbes/
Hanc eme perpaucis/pagina parua docet.

Elegidion Joannis Dengkij Ad Lectorem.

Qui quereris cramben hunc apposuisse recoctam:
Quos leuis hic grauior dat/lege/penna modos.
Climata terrisecæ vel cætera turba dederunt.
Cosmographi/et quinas cingula lata plagas.
Perpetuo segmenta simul distantia ductu/
Quodq; iter a gradibus nomina mille tenet/
Et maria/et terras chartæ pinxere priores.
Et nemora/et montes/flumina/stagna/lacus.
Præterea quænam/diuersa ruentibus austris
Sit natura/dat hæc orbe tabella breui.
Et quibus in summo festines vertice/cuius
Phœbo quoto signi te iuuet ire gradu.
Hinc licet et stellis quisnam tibi nosse coruscis
Sit situs: et formas [illegible] habes.
Et quam sorte sibi per totum vendicet annum
Sol oriens horam: quam fugiensq; sibi.
Hora scies quota ab occasu/quota distet ab ortu:
Quanta dies noctis tempora quanta sient.
Hæc tibi tam Gades/et erunt tam nota per Indos:
Q; per/mansurus quæ loca cultor habes.
Insuper inuerso tibi panditur ordine tellus/
Eurus pro Zephyro/ proq; Aquilone Notus.
Ne siet Europam lustrantibus orbe seorsum
Extremo Aethiopum penna mouenda polo.
Magni opus ingenij est: et tu fortissime Princeps
Magnus/idem supplex cui dicat author opus.

Petrus Apianus ex Leyßnigk Pio Lectori summam exoptat foelicitatem.

Vidisti hactenus Lector suauis: multas planæ terrarum Orbis descriptionis formulas/ex quibus Geographicæ disciplinæ Tyrones non sine magno ingenij labore et acumine iecere fundamenta /huius rei gratia/ non imerito terrestris cōuexitatis picturam Noua quadam et vera magisq3 habitationi nostræ idonea imagine : quo Geographicæ picturæ vsus intellectu facilior redderet elucubraui. Quamq3 nō sine laude Ptholomei/qui omniū Mathematicorum monarcha est. Iccirco maneat (vt mihi absit postica liuidulorum sanna ac Rhinocerotia nasitas) antiquitas sua salua et incorrupta . Animaduerti nāq3 in hac Orbis descriptiōe partim antiquorum/partim vero Neotericorum obseruatiōes. Addidimus quoq3/pro vtili quodam Cosmographiæ incremento vtilitates q3 plurimas/quæ alioqui in Geographicis chartis minime reperiunt. Nolim autem mi Lector hic expectes omneis hui⁹ picturæ vtilitates/sed plures alibi frequenti Author lectione per te ipsum elicere non dubites/paucissimis enim:data speculādi occasione:videor satisfecisse studioso. Porro Typum nostrum Philosophis/Historicis/Poetis/ac cæteris Geographiæ studiosis gratissimum fore non dubitamus. Proinde hoc terrestris superficiei simulacrum Lector Candidis : quia dignum /cū propter miram eius facilitatem tum etiam paruitatem leta queso frōte dextraq3 manu accipies. Nanq3 ex eo totius terræ faciē omnisq3 Oceani et fluminum decursus et quæquæ in Cosmographia clarissima habentur infra vnius horæ quartam/tanq3 volans in aere perlustrare et discere potes. Quod si hæc tibi placuisse videro: mi Lector : futurum est vt accingar aliquando ad maiora. Nam si deus. O. M. mihi longioris vitæ spacium concesserit/quo ad licebit absolutissimum : quem de Geographicis rebus congessi librum/cum elucidatione tabulari/in cōmunem Geographiæ studiosorum frugem et vtilitatem in lucem: musis bene iuuantibus/edere curabo. Vale.

De diuerſis vſibus hui⁹ Mappae: potiſſimum his: qui pro limborum declaratione videntur conducere.

¶ Propoſitio Prima.

Huius Chartae vſum: Rationem inuerſionis ac ipſius commoditatem inuniuerſum enunctiare. ¶ Terrã quippe in Mundi medio ſitam & puncti vicem reſpectu firmamenti habere per inſtrumenta oſtẽſioneſqꝫ geometricas expti ſumus. Praeterea ſufficienti et manifeſto ſigno ipſam ſphaericã eſſe alias ſatis oſtendiſſe videmur. Non enĩ (vt diximus) hoc accideret in eclipſi Lunae niſi figura terrae foret rotunda. Hinc licitũ eſt eius ſupficiem ad ſimilitudinem coeli ſoliſqꝫ diſcurſum quinis Zonis ac reliqnis circulorum ſectionibus diſpartiri. Oportet igitur (vt Coſmographi iubent) coaptare globum ligneũ ſiue ereũ: qui inſtar terrae p Zonas: Meridianos: parallelos ſiue ęquidiſtantes circulos ac caeteris terrae picturis in ſupficiae cõuexa partit̃. Quod forſitan dilucidi⁹ ex noſtro Coſmographico libro: cui haec inſunt/accipies. Nos aũt: ne longius digrediamur: digeſſimus Chartam ſeu Tabulã iſtam extenſam: in qua praecipuas orbis terraꝝ regiones/Inſulas/Siluas/Montes/Maria/Flumina/Lacus &c. depingere ſtuduimus: ſicut agreſtes ſolent limite quodam diuidere campum.

¶ His praelibatis partilem declarationem accipies. Mappa Mundi ſeu Charta Geographica nihil aliud eſt quam formula ſiue picturę imitatio orbis terraꝝ in plano extenta: ea quidẽ ſimilitudine vt ſi pellicula ſeu quędã membrana de globo terreſtri traheret̃/ac in pariete diſtenderet̃. Offeruntur itaqꝫ tibi in ea duo Poli vnus in parte ſuperiori qui auſtrinus dicitur. Alter vero in parte inferiori qui aquilonarius appellat̃. Circa dictos polos concurrunt quidam arcus/qui ſeſe meridianos circulos vocari volunt: quos ex tranſuerſo per mediũ ſecat ęquinoctialis cum ſuis diuiſionibus quas hodie gradus longitudinis appellitam⁹: adſcriptis numeris. 10. 20. 30. &c. vſqꝫ ad 360 ab occidẽte verſus orientẽ: quia longitudo terrae ab occidente per meridiem in orientem dirigitur. Pręterea a leua verſus dextram apparent lineę ęquidiſtantes quibus adiacent numeri per medium Chartę & circa limbos: qui pro vno meridiano reputantur: et gradus latitudinis terrę praeſentant. Illud quoqꝫ oſtendiſſe iuuabit: quod Zodiacum circulum per faciẽ tabulę iuxta ſolis curſum tortuoſe exarauimus: iuſtis ſignorum characteribus adiectis. Pariformiter

pp commodam huic rei diuisionem in parte occidentis et orientis Zodiacos apposui. Huic insuper generalem totius Germaniæ Horizontē inscribere placuit: qui tamen pro vero eius polo Viennam Austriæ congrue sibi vendicat. Quicquid itaqꝫ ab horizonte versus polum Septentrionarium in Charta apparet: id in germano hemisphęrio: hoc est: in superiori continere dicitur/vltra quicquid est in inferiori hęmisphęrio latet. Tandem haud irrito cassoqꝫ labore dicendum censui quod alia atqꝫ inuersa formula hunc typum emisimus ꝙ in Chartis antiquorum depingi solet: quia hęc imago nostræ habitationi magis videbatur esse idonea: ratione cuius Jo: Denckius in suo Elegidio scribit dicens. Ne siet Europam lustrantibus orbe seorsum/Extremo Aethiopum penna mouenda polo. Porro/hac formula non nostram eruditionem aut ingenium iactitare volebamus/sed iuuare atqꝫ docere geographos.

¶ Propositio Secunda.

Chartam Geographicam in quauis propemodum habitatione iuste locare. Si igitur in plano horizontali secundum situm tuæ habitationis Mappam dirigere volueris/pone super horarium depictum organum viatorium: quod vulgo Compassus dicitur et super eodē plano circumuolue Mappam donec lingulæ compassi correspōdeant: et sic habebis Chartam iuste positam. Tunc enim considera singulas terræ diuisiones quę fiunt per Zonas/Climata/et parallelos circulos/quid infra quidue supra horizontem continetur/quę inquā regiones in orientis parte sunt quę in occidente/meridie vel septentrione/Vbi terra solida ꝓcedit/Vbi se coarctat/Vbi se iterum in latitudinem effundit et huiusmodi alia quę in Cosmographia clarissima habentur.

¶ Propositio Tertia.

Duodecim ventorū quibꝰ veteres Nautæ fuerunt vsi nomina / eorū Naturas et quid portendunt prædicere. Spiritu igitur alicuius vēti accepto/et qua mūdi parte aut angulo proruat/videatur. Deinde quere cō similem angulū in Charta geographica. Jbidem apparet Jmago/ Nomen et Natura venti obseruati. Effigies enim ventorū et effectuū simulacra: quo facilius memoriæ cōmendentur circūcirca depinximꝰ. Hæc lacius in libro Cosmographico referuntur.

¶ Propositio Quarta.

Jn stellarū fixaꝝ in Typo positarū cognitiōem absqꝫ huius artis magistro dicto citius ꝓuenire. Accepta igitur stella Chartæ in cuiꝰ cognitionem in cœlo ꝓuenire desideras/vide quā habitudinem habet ad Vrsam maiorem/consimilē habitudinē/magnitudinē et distantiā quere in cœlo

et inuenies optatā stellā. Deinceps ab inuenta stella quere habitudinem seu ꝓportionem ad aliā et sic de cæteris. Huiusmodi aūt stellarum (in quas astrorū periti cœlū diuisere) imagines in libo exortiuo depinxim⁹ stellæ aūt istarum imaginum sparsim et directe suis locis in facie mappę sunt positæ: quarū nomina hæc sunt. Centaur⁹/Sagittarius/Scorpi⁹/Capricorn⁹/Spica virginis. Orion/Vultur/Cor et Cauda Leōis/Oculus Thauri/Corona/Gallina/Hircus/Vrsa maior/Canis maior/quæ canicula dicitur: vnde dies caniculares et est in ore canis/Canis minor/Lira. Pleyades rc.

¶ Propositio Quinta.

Generalē occidui limbi cōmoditatem: quantū ad eius partes paucis ostendere. Occiduus igit̄ limb⁹ diuersarū rez habet lineas. Supra ęquinoctialē quidē versus austrū duaz Cytharарū infraq; Cornu simulacrū explicantes. Easq; lineas triplici manerie traxim⁹. Sūt em̄ rectæ aliæ/aliæ retortæ: arcuales aliæ. Porro rectas duplici ordine cernes. In Cytharis quidē parallelas latas quę dicunt̄ lineę horarū vsualiū. In cornu aūt ęquidistantes/quaz quælibet vocetur Zodiacus habitatiōis/et in signa ꝑ lineas circulares cornu facientes partitur. Alias aūt retortas seu obliquas vocam⁹: et sunt duplices. Nam earū: quæ a dextris in sinistrā descendūt ab exortu: quæ vero a sinistris in dextram ab occasu solis horas indicant. Illarumq; media (quæ occidentalis horizon iure vocabitur) ex vtraq; parte duarū ferme Cytharарū species reddit: quarū sūma cerulea nocti: Infima vero alba diei tribuitur. Post hæc arcuales parallelæ limbū scđm longum transeuntes/partim incisæ albis scissuris Circuli magnitudinis diez appellant̄. Hæc hacten⁹ de ptib⁹ limbi occidui dignoscendis. Nunc quæ partilis vsus exquirit breuiter docemus.

¶ Propositio Sexta.

Gradum solis quolibet die ex theorica solis inuestigare. Pone filum ex centro theoricæ sup diem mensis: habito respectu ad primas mensiū litteras (nomina em̄ mensiū perperam sunt posita) filum itaq; extensum sup extremum orbem/indicat signū ꝛ signi gradum in quo sol mouetur dato die: quod fuit inuestigandum.

¶ Propositio Septima.

Quibus regionibus et Insulis mouetur sol electo die et omni hora verticalis inquirere. Habito gradu Solis ex præmissa quere cōsimilē gra: in Zodiaco orientali vel occidentali pro vt signū expostulat/ibidē fac notam/ex qua æquinoctiali parallela siue æquidistans linea seu corda extendatur. Illis itaq; mouetur sol dato die supra caput: qui manent sub ista linea aut corda. Deinde inuestiga horam vel eius partem pro dato tpis momēto: si fuerit antemeridiana/computa eius distantiā a meridie et eā

serua/quo facto a tuæ regionis meridiano versus orientem pro qualibet hora supputa.15.gra: long: in æquinoctiali /ad terminũ fac notã /a qua duc meridianũ vsq ad supradictã cordã : et in attactu cordæ et meridiani est sol pro dato momento. Si autem data hora fuerit pomeridiana computa eius distantiam a meridie per gradus versus occidentem rc. et optato potieris.

¶ Propositio Octaua.

Stella polari incognita in eius cognitionem facile puenire. Imaginare vnã lineã rectã ab extremis duab⁹ stellis maioris Vrsæ seu rot] plaustri vsq ad ꝑmam stellã quæ huic lineæ obuiauerit. Et habebis stellã polarẽ/Quæ a Naucleris stella Maris dicitur. Eiusmodi igitur stellaꝝ sitũ et effigiem vides hic Lector humanis: in sphæra Atlãtica hui⁹ Chartæ. Ibi enim linea albis scissuris indicat stellam polarem.

¶ Propositio Nona.

Habita eleuatione Poli in quo Climate et parallelo simus commonstrare. Quere gradũ eleuationis tuæ habitationis in limbo exortiuo : ꝑ debita tuæ habitatiõis latitudine: et statim in parte sinistra/in quo es apparet Clima: In dextro vero latere segmentum dictæ habitationis.

¶ Propositio Decima.

Horam Ortus et Occasus solis vsualẽ hac vnica ꝑpositione elicere. Exacto strutino tuæ habitationis quere Zodiacum: hoc ingenio. Descende gradatim in Cornu ab Aequinoctiali vel cornu apice ꝑ tot Zodiacos aut parallelas lineas quotquot habueris grad⁹ pro tua eleuatiõe : et habebis Zodiacum habitationis. In eo igitur quere signum et gradum in quo sol mouetur dato die secundum proportionem 30.graduum. Ab eo itaq gradu duc vnam lineam arcualem imaginariam et ęquidistantem arcui magnitudinis dierũ vsq ad primam tortuosam lineam : quę Orizon Orientalis dicitur: et a pũcto cõtactus duc lineis rectis dilatatis parallelam sinistram versus. Ibidem apparebit numer⁹ horæ: qua sol subiecto die oritur. Deinceps ꝑ solis occasu continuandus erit arcus magnitudinis dierum ad horizontem vsq occiduum: hoc est ad primam cerulei spacij tortuosam. Post a contactu horizontis iterum ducenda est ęquidistans versus sinistram et habebis occasus horam.

¶ Propositio Vndecima.

Pro qualibet eleuatione Diurnum Nocturnũue tempus extricare. Habitis punctis ortus et occasus oblatæ habitatiõis ex pręmissa /in Cythara diei: id est: alba numerentur horarum vsualium spacia intercepta: quę diurnum tempus dinumerant/ In noctis vero : hoc est : cerulea eadem operatione Nocturnum elicitur tempus.

¶ Propositio Duodecima et vltima.

Horam a meridie vel media nocte computatam in horā a Solis Ortu vel Occasu estimatam transmutare. In parallelo magnitudinis dierū quere punctum seu horam pro momento dato. Et in eo loco inter lineas tortuosas tam ab ortu quam ab occasu optata hora inuestigatur:

ΤΕΛΟΣ.

Impressum Landßhut per
Joannem Weyssenburger.

